



Matheus honestis parētibus natus, atq; opti-
 mē educatus est. Cum autem is præclara in-
 dole insignis esset, à pueris operam literis dedit, et
 prima fundamēta feliciter posuit. Inde uerò ad do-
 ctorum hominum conuentus accessit, & in varijs
 Academijs linguarum & artium magnam notitiã
 sibi comparauit. Postea animū ad Iuris studia con-
 uertit, atq; Legum eum sibi usum comparauit, ut
 magnis Iureconsultis adnumeraretur. Huc acce-
 debat docendi perspicuitas, & uitæ integritas. Id
 cum illustribus Saxonie principes cognouissent, eū
 liberali stipendio ad se uocarunt, atq; in noua sua
 Ihenensi Academia legum professorem constitue-

runt. Eam functionem is magna animi moderatione suscepit, & legum ratio-
 nes egregiè explicauit. Quin etiam Pandectas suis commentarijs illustrauit,
 atq; Codicis Iustiniani Oeconomiam composuit, & Basileæ 1565 edidit.

Hoc modo Matheus etiamnum pergit, & Ihenensem academiam
 plurimūm decorat. Anon.